Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36639
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



iniquitatē arguisse patris familiæ Nonquo
minus accipere in quam fuerat constitutum
sed quod plus accipere uoluerint hiis in quo
se clementia conductoris effuderat. Mihi
uidetur prime horæ ēē operariorum samuhel
& hieremiā & baptistam iohannē qui possunt
cum psalmista dicere & qui ex utero matris meæ
dēus meus es tu. Tertiæ uero horæ operariis
quia puberitate dō seruire coeperunt. Sextæ
horæ qui maturiore ætate susciperunt iugū xpi.
Non equidem declinante ad senium porro unde
cimæ horæ qui ultima senectute & tamen
omnes pariter accipiunt premiū. Licet diuer
sus labor sit; sunt qui hanc parabulā alter
disserant primam horam uolunt missum
ēē in uineam adam & reliquos patriarchas
usque ad noe. Tertia ipsum noe usq; ad abra
ham & circumcisionē ejdatam. Sexta
ab abraham usque ad moysen quando lex
Nona ipsū moysen & pphetas. Vndecima
apostolos & gentiū populū quibus omnes inuident.